

Summæ Theologicæ Scholasticae Et Moralis In Qvatuor Partes Distributæ Pars ...

In qua de Virtutibus in Communi, & Theologicis, Fide, Spe & Charitate, nec
non Virtutibus Cardinalibus, præsertim Justitia & Jure, ac Religione
ceterisq[ue] annexis, & Vitiis Oppositis in particulari breviter & dilucidè
tractatur

Herincx, Wilhelm

Antverpiae, 1663

Quæst. II. Quid & Quale Peccatum sit Detractio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72941](#)

Quast. II. Quid & Quale Peccatum sit Detractio. 343

Dubia vero circa personas seu actiones proximi, sunt interpretanda in meliore partem juxta Doctores communiter, non quod positivè debeamus judicare verum esse, quod favoribilius, sed qui non possumus judicare positivè quod pejus est, ut docent communiter Doctores, & egregie tradit *Augustinus l.2. de Serm. Domini in monte cap. 18.* ubi allegans illud Christi *Nolite judicare, ut non judicemini,* inquit: *Hoc loco nihil aliud nobis præcipi existimo, nisi ea facta, que debum est quo animo fiant, in meliore partem interpretemur.* Quo sensu etiam verificatur vulgatum illud: *Omnis homo presumitur bonus, nisi probetur malus.*

ii.
Quid con-
sultissime
fas.

Quare in dubiis rectissimè divitatur intellectus, suspenditurque judicium, ut alterutrum judicando non temere procedatur. Quamvis enim parum periculi sit in hoc, quod judicemus semper subesse quod inclusus est, idque practicandum sit (ne fiat proximo injurya) posito, quod determinatè judicemus; tamen hoc ipsum judicium potest saltē temerarium, seu imprudens. Unde *Augustinus sup. de fatis,* que ignoramus quo animo fiant, ait: *Temerarium est judicare, maximè ut condemnemus, propter injuriam scilicet in hoc admixtam. Nihilominus si damnum aliquod timetur, seu periculum mali subfit, prudentis erit citra judicium de persona, cuius conditio non recte scitur, judicare cavedum sibi ab ea, ac si mala esset, v.g. claudendo ostia & cistas &c. In quo etiam vigilare debet superiorum circumspetio quantum ad subditos; præcavendo rationabilem contristationem, & periculum ingredi alii suspicionem mali de personis.*

Affine quaque detractioni vitium Su-
furratio, graviter in Scripturis reprehē-
sum, ab ipsa differt quod ^{qui diffe-} ^{rat à Su-}
occulte mordet, ut amicitiam honestam in-
ter illos solvat, discordiaque gignat; detra-
ctor vero famam laceret. Unde suluratio
repugnat charitati: quamvis etiam frequen-
tissime repugnet justitia, quatenus detrac-
tionem involvit, dum suluro ^{alium im-}
ponit, aut occultum delictum revelat, vel
aliam injustitiam doli, fraudis aut aperto-
nis secreti. Estque peccatum hoc ex genere
grave. Unde sulurones, uti detracto-
res, recensentur ad Rom. i. inter eos, qui
morte digni sunt, & (ut addit Wiggers Tr.
4. c. 1. dub. 3.) Deo odibiles. Quamvis ly-
Deo odibiles rectius cum *Sabourib, Effio &*
Nisi seorsim legatur, uti alia vita, q.d. Deo
odibiles seu quibus Deus est horro & odio,
*esse, uti alios ibi enumeratos, morte dig-
nos. Plura de Sulurratione vide apud *Baf-
fus V. Sulurratio.**

Differit similiter detractio à diffamatio-
ne (que ut in malam partem sumitur, est ^{qui diffe-}
juxta *Marchant T. o. 2. Tr. 4. q. 1. concl. 2.* fa-
rat detra-
ctione vel propriæ indebita & publica
ablatio sive dissipatio) quod hæc sit publica:
quodque etiam circa propriam famam lo-
cum habeat, cum & seipsum possit quis dif-
famare, non tamen propriæ suæ famæ de-
trahere. Posset tamen detractio, quatenus
alienam famam concernit, bono sensu etiam
diffamatio dici, & è contraria.

Pestilentissimus vero diffamationis sive ^{15.}
detractio modus consistit in libellis ^{De libellis}
famosis, qui sunt scriptum institutu ad alium *famosis,*
diffamandum: quia infamia latius manat, &
diutius vivit literarum beneficio. Quod
edens, aut inventos divulgas, morte puni-
tur *Lun. C. de famosis libellis,* cum hac tamen
(inquit *Valer. Andreas ad Inst. de injurya in*
addit. n. 16. in fine) restriktione, si in libello
famoso capitale aliquod aut aliud grave sce-
lus, ad creandum alicui periculum, sic objec-
tum; secus, si non capitale. Legem tamen
colueritudo mitigat ait *Tuldenus ad Cod.*
de famosis libellis, additq; ipsam alioquin lo-
cum habere, eti nominatim profiteatur se
auctor: eo quod crimen non excusat impu-
dientia & audacia. Neque ex libello famoso
institui inquisitione posse, vult idem *Tulde-
nus sup. cōd.* quod inde famam laedi non velit
Imperato. *L. an. cit.* Ad quod etiam facit c.
Inquisitionis §. Tertia dubitationis, de accusat.
Specialiter *Edicta Principum Belgii apud*
*Zypaum Tit. de famosis libellis sub poena pa-
tituli & confiunctionis bonorum vetant li-
bellos famosos, sive contumeliosa scripta,
adversus Religionem, salutem publicam,
majestatem & jura regia, colique qui ad gu-
bernacula reipublica sedent. Canones fla-
gellationem minantur scripta, si reperi-
tus fuerit, non probanti c. *Qui in alte-
rius 5. quast. 1. & anathema c. fin. ibid.* In-
famiam perpetuam irrogat *Gregorius XIII.**

G g 2 Con-

Cavendum
judicare
peccatum,
quem non
licet judi-
care ma-
lum.

12.
Quid de-
tia.

Quid con-
tinencia.

Quid ex-
ha-
bita gravius,

Q U A S T I O N E Quid & Quale Peccatum sit De- tractio?

Dico I. Detractio, est alienæ famæ oc-
ulta & iusta violatio, juxta illud
*Ecola. 10. Si mordeat serpens in silento, ni-
hil to minus habet, qui occulsi detrabit.* De-
bet autem esse occulta, saltem ex intentione dicentis, qui enim in praetentia alie-
ni intendit famæ illius detrahere, non
est simpliciter detractor, sed contumeliosus. Describitur namque contumelia esse alieni honoris aperta seu in faciem ablatio-
ni honoris. Quare ceteris paribus contumelia est gra-
vior detractione, sicut rapina est gravior
furto: Contumeliosus enim abjecta omni
reverentia instar raptoris vi austert famam
& honorem alterius scientis & renitentis: Detractor autem adhuc certetur aliquatenus revereri cum cui detrahit; quamquam sèpè magis noceat, cōd quod alter ignorans
nequeat se defendere.

Herinex Sum. Theol. Pars III.

Constat. 4. Ea est, confirmans etiam alias pœnas impositas à Pio V. Constat. 147. Romanis Pontificis.

16.
Detrac
tio
nem
fi
dilect
e
qua
tuor
modis.

Indirec
tio
nem
et
toidem.

17.
Generaliter
et injurie
impositione
falsi, aut
evulgatio
ne occulti
criminis.

18.
Ad corre
ctionem pro
ximi qui
possit acri
ri peccatum
illius.

19.
Detrac
tio
nem
est ex genere
suo mortale
peccatum.

Quamvis
ex mera lo-

Porrò committi potest detractio direc
tè quatuor modis; scilicet imponendo
crimen falso, amplificando crimen ve
rum, manifestando crimen occultum, & si
nistrè interpretando alterius factum, jux
ta vulgatum verbum:

*Imponens, Augens, Manifestans, In mala
vertens.*

Totidem quoque modis committi potest
indirectè, scilicet negando recte facta vel
dotes alterius, extenuando, tacendo eo tem
pore, quo alii nostrani taciturnitatem in
terpretabunt esse tacitam vituperatio
nem, & denique frigidè vel simulatè lau
dando, quando id censetur esse quoddam
vituperium juxta illud *Phavorini apud A
Gellium l. 19. noctium atticarum c. 3. Peius
est frigidè laudare, quam aperie reprehendere.*
Hi quatuor modi exprimuntur hoc versu:

*Qui negat, Aut minuit, Retinet, Landat,
remise.*

Generaliores verò detrahendi modi
sunt duo, scilicet imponendo crimen fal
sum (quod manifestissimè repugnat iusti
tiae) & manifestando occultum, quod abi
que ratione facere, similiter juxta com
munem & satis certam Doctorum sen
tentiam non solum est contra charitatem,
sed etiam contra iustitiam: quamdiu enim
crimen est occultum, retinet proximus
ius ad famam. Unde sic infamatus tutu
conscientia potest diffamantem in judicio
cogere ad satisfactionem si crimen pro
bare non possit, ut patet ex praxi.

Nec refert, quod quilibet sit dominus
sue scientiæ: non potest enim quis uti
re suæ cum alieno detimento, v. g. non
potest incendere suum stramen, si inde
secuturum prævideat incendium domus
vicini.

Non est autem detractio, quando quis
servato ordine correctionis fraternæ pro
ximi peccatum detegit, ut ipse emende
tur: quia non est iusta læsio famæ: cum
pro bonis superioris ordinis licet expo
natur bona inferiora, ut pecunia pro vita,
& fama pro salute. Quin potius talis exer
cit opus fraternæ chartitatis præscriptum à
Salvatore nostro.

DICO II. Detractio est ex genere suo
peccatum mortale. Probatur ex Apostolo
ad Rom. 1. ubi inter eos, qui morte digni
sunt, recenset *suffurtones & detractores*. Qui
& aliis locis graviter reprobantur. Ratio
est: quia contrariatur virtuti iustitiae, &
quidem in materia graviori, quam furtum.
Fama enim, que per detractionem tollitur,
est bonum longè majus, quam pecunia alia
ve bona temporalia. Nam juxta Sapien
tem Proverb. 22. *Melius est nomen bonum,*
quam dicitia multa. Intelligitur autem con
clusio, non tantum quando quis per expre
sam

intepatio nem vuli alterius famam la
quacitate dñe, sed etiam quando implicitè id inten
dit, faciens id unde ista læsio per se sequi
tur; ut dñm ex quadam levitate refert
peccata seu alterius: in moralibus e
nim voluntas expressa & interpretativa
non distinguunt species peccatorum, q
do verlanter in eadem materia. Poterit ta
men hujusmodi detractio subinde esse ve
nialis, non solum ex parvitate materiæ, si
eut detractio prioris modi, sed etiam ex in
deliberatione seu inadvertentia, quæ ita tia
non habet locum, quando læsio famæ ex
presa intenditur.

Quare signanter in conclusione dixi,
detractionem esse peccatum mortale ex ge
nere sibi, eò quod levitas materiæ in pecca
tis iustitiae, & generaliter indelibera
tione excusat à mortali. Ceterum materia gravis
hic recte statui videtur omnis & solus de
fectus graviter probro, respectu personæ
læsæ.

Unde ad materiæ levitatem censentur
pertinere in primis veniales defectus pro
ximi, quos prouide narrare non est morta
le; nisi essent tot aut tales, qui personam de
qua referuntur notabiliter dechonestarent. Levitas
Sic enim si de viro gravi aut Religioso di
ceret quis eum esse mendacem, seu crebro
mentiri, graviter ejus famam laderet. De
inde hoc pertinent quædam peccata mor
talia, quæ sponte conditione personæ,
non censentur notabiliter ejus famam læ
dere: ut si quis de milite narret, quod fuerit
fornicatus, ebrios &c. de Nobili, quod com
miserit duellum: de adolescenti mundano,
quod sit deditus amoribus. Idem est de iis,
quæ alius non curat occultari, aut de quibus
se solet jaicare. Immo fieri posset, ut di
vulgando, quod præfectus v. g. cohortis
duellum reculaverit. (quod quidem faciat
fecit) graviter quis peccet, quatenus inde
sequeretur militum inobedientia & con
temptus.

Tertiò, ad materiæ parvitatem referun
tur peccata sub quibuidam generalibus no
minibus relata, ut si quis dicat aliquem, el
se superbus, avarum &c. Hæc enim no
mina ordinariè accipiuntur, ut solum de
notent naturalem inclinationem, vel ve
niales defectus; non autem ut importent
peccatum mortale in talibus materiis esse
commisum. Ubi autem id locum non ha
bet aliter dicendum est: unde non sine mor
tali diceretur de viro, qui habetur probus,
quod sit forniciarius &c.

Quartò, pertinet ed defectus natura
les, sive corporis, sive animi; ita ut eorum
revelatio non sit ordinariè peccatum mor
tale, nisi inde aliquod notabile damnum
proximo eveniret: ut si quis dicat alterum
esse ignarum, parvi judicii, claudum, co
cum &c. Ob similia enim, quæ natura ne
gavit aut non dedit, non censetur quis in
famis.

Idem

Ques. II. Quid est Quale Peccatum sit Detractio. 345

*signanter
notarium.*
Idem per se loquendo, ac rem secundum se considerando locum habet in defectu natalium: si quis dicat aliquem esse filium sacerdotis, natum ex adulterio: quia ob id talis persona non est vituperio digna, atque ita non diffamatur, dum ipse recte se gerit, ac parentes non imitantur: per accidens tamen, quia similia probroba vita parentum aliquibus in locis communis hominum estimatione generant probra etiam in filiis, qui idecirco habentur quodammodo infames, & apud omnes contemptibiles, poterit esse mortale similes defectus jam oblitteratos vel occultos ibidem manifestare.

Potes I. An licet referre crimen occultum subtiliendo personam: & quomodo peccet, qui refert se audivisse hunc vel illum commississe aliquid, quod adhuc occultum est, non tamen affeversando ita esse.

Resp. ad primum. Affirmo non posse deveniri in notitiam vel suspicionem personae. Quia in re opus est regnare cautelam, cum facile ingeratur suspicio, & sequatur notitia personae. Cavendum etiam praejudicium v.g. Collegii vel Monasterii, ne ipsum nominetur.

*24.
An licet
revelare
crimen sup-
pressa per-
sona.*
Ad secundum respondeo, si talis id faciat intendendo lesionem famae proximi, peccat mortaliter peccato detractionis: ut & si praevidat, aut faciliter praevidere possit, ex vi & modo sua narrationis ejusmodi lesionem secuturam. Si autem referat coram iis, quos verosimiliter existimat ex sua levitate credituros, etiam modus narrandi non sufficiat ad prudenter generandam fidem, peccabit mortaliter saltem contra charitatem: nam quilibet tenetur impedire ex charitate malum proximi quando comode potest, praesertim si occasione sui veniret. Communis tamen penitus opinio habet, cum non peccaturum contra justitiam, quia non est vera & per se causa damni, sed tantum per accidens & occasionalis: narratio quippe ejus non erat talis, ut esset idonea fidem facere; sed quod alii credunt, oritur ex eorum malitia aut levitate. Si deinde referat crimen, ita ut si probabile non sit, ullam inde infamiam secuturam, ut quia alii non sint crederi, non peccat mortaliter: cum inde proximo non obveniat notabile damnum, etiamsi forte levius aliqua suspicio in animis, audiendum suboritura sit. Excipe quando peccatum foret valde grave, v.g. proditio, libido praeponsta &c. nam etiam levius suspicio vel dubitatio de simili criminis non reputatur leve inhum personae honestae.

*25.
Revelare
crimen pro-
ximi uni-
vel alteri
ad mortale.*
Heringe Sum. Theol. Pars III.
Potes II. An sit peccatum mortale revelare uni vel alteri viro bono & prudenti grave peccatum proximi?

Suppono in primis id non esse illicitum, si subsistit aliqua justa causa, v.g. si indigem consilio alterius vel auxilio. Immo

etiam juxta varios Doctores, signanter *Petr. Expositus* *et alii*, *Navarra, Marchant, Lessum cap. II, 12.*

non erit peccatum saltem grave, si id fiat solam ab amico accipiendi, aut doloris mitigandi gratia: est enim nimis grave, ut quis cogatur injurias acceptas solas in silentio concomtere. Quin, potius jus habere videtur, ut dolorem sibi inflatum depellat: quod autem hoc fiat (dum aliter non potest) cum aliquali lesionem famae injuriantis, ipse sibi imputare debet, qui dolori causam dedit. Qui certam satis novit hujusmodi effectum injurias consequi solere, nec curat propterea ab iis abstineat. Cavendum tamen ne mendax sit, falsaque relatio, neve intentio detrahendi, aut cupiditas violare occulte se se immisceat, ac (ut Varii addunt) ne nominetur persona delinquens, aliquidve aliud dicatur, quando id ad consilium, auxilium aut solatium non est necessarium,

E contraria satis constat peccatum fore mortale, si absque iusta causa narretur defectus *Damnum* *etiam* *uni* *soli*, si inde damnum notabile *grave* *ex-* *proximo* *emergere* in alio genere, v.g. si *trahit* *id* *esse* *in* *cui* *revelatur* *idcirco* *sit* *repulsus* *al-* *mortale.*

Solum igitur difficultas est, an qui gravem crimen proximi ex levitate aut loquacitate, vel ex amicitia familiaris, aut false secundo *etiam* *uni* *soli* vel alteri manifestat, peccat mortaliter, et si non sit periculum ulterioris divulgationis, & absit omnis alia circumstantia vitians?

Resp. omnino videri quod sic. Ita communis Doctores, contra *Caietanum* & quoddam alios. Ratio est: quia possidente bonam existimationem in animo viri probi & prudentis, est simpliciter notabile bonum (nisi enim uni bono, quam decem malis probari), adeoque gravem injuriam ei infert. Alii: qui cum tali bono iniquitate spoliat. Quod confirmatur: quia *Immo etiam* *probatur* *temerari* *proximum* *judicatur*, *cans* *in* *re* *grave* *peccat* *mortaliter*; ergo etiam crimen occultum *uni* *soli* revelans nam per iudicium temerarium similiter tantum amittitur existimatio apud unum. Neque levitas seu temeritas judicii foret mortaliter nisi magnum bonum conficeretur, quod amittit is, qui temere iudicatur; ideoque quando est levius res, etiam temere judicans solum leviter peccat. Accedit, quod consequenter posset auditor detractionis apud se factae circa periculum gravis culpae ipsam permittere aut promovere, cogitans se prudentem & taciturnum.

Nec difficultatem habet, quod quidam dicunt, non auferri famam, utpote concurrunt opiniones multorum: nam ipsam *objectionem* notabiliter laedit, tamquam ex parte notabili

G g 3 aufert,

346 Disp. VII. De Injuriis in Fama & Honore, ac Restitut.

aufert, scilicet opinionem seu existimacionem in aliquo, ex qua & singulis singulorum aliorum opinonibus fama totalis integratur. Praeterea in definitione detractio-
nis per famam peccate intelligitur existimatio, praescindendo à multitudine certe qui apud unum detrahit, saltem venie-
lem detractiōnē committit; adeoque famam auferit seu lādit. Plura vide apud
alios, signanter *Wiggers Tr. 4. c. 1. dub. 4.*

^{30.} Petes III. Qualiter peccat auditor de-
tractiōnē? Resp. I. qui ita audit, ut interro-
gando, animando aut simili modo inducat
et detrahendum, æquè, immo magis pec-
cat, quam ipse detraheret: qui non tantum
peccat affectu detractiōnis, ut ille, sed
etiam peccato scandali, quatenus est alteri
causa detrahendi. Et hinc peccat quoque
contra iustitiam tamquam efficax causa in-
juriæ, & tenetur ad restituētiōnē in defen-
dūm detractoris, si videlicet ejus induc-
tio vel animatio putetur hīc & nunc movisse
detractorem, adeoque in damnificatiōnē
efficaciter influixisse.

^{31.} Resp. II. Qui audiēdo detractiō-
nē, lētatur, et si non inducat, neque ad con-
tinuationem excitet, peccat mortaliter
contra charitatem, utpote gaudens de gra-
vi malo proximi. Immo etiam suo modo
contra iustitiam, quatenus complacet sibi
in actu iusti detraheret. Non tenetur
tamen ad restituētiōnē, quia non est cau-
sa damni. Non peccaret autem mortaliter,
qui solūm delectaretur eloquentia seu gra-
tiā detraheret: aut etiam juxta *Lessium sup.*
dub. 4. curiosā cognitione factorum pro-
ximi, modò ipsam detractiōnē nec pro-
bet nec desideret. Quod postremum tamen
non probat *Wiggers Tr. 4. c. 1. dub. 15.* eo
quod hæc cognitiō sit ipsa famæ diminu-
tiō in animo audientis, aut saltem illam
necessariō caueret, adeoque non satis appa-
reat, quomodo possit quis gaudere de au-
ditione quatenus causā cognitionis, non
probando fame diminutiōnē connexam,
quatenus p̄ se proximo nunc concipit ma-
lam opinionem.

^{32.} Resp. III. Qui nec inducit, nec lēta-
tur, non impedit: tamen, quando absque
notabili incommodo potest, peccat mor-
taliter contra charitatem, quando detra-
ctio est gravis, & non est aliud, per quem
videat eam impediendam. Lex enim cha-
ritatis obligat, ut quando commodè pos-
sumus, avertamus notabile damnum pro-
ximi, quod ipse invitus patitur.

^{33.} Dixi quando absque notabili incommodo
potest: nam si ex magna verecundia vel pu-
fillanimitate non audeat resistere, ordina-
riè non peccabit mortaliter: quia nemo tec-
netur ordinariè cum magna sua difficul-
tate damnum proximi impedire. Si tamen
infamia fore valde atrox, & communī bo-
no contraria, teneretur verecundiam &
pufullanimitatem excutere. Similiter ex-

cusabitur non impediens, quando sibi ti-
met aliquod aliud magnum incommodum,
ut verbera, coptumelias, aut quid simile. Idē
apparet, si dubitetur seu non constet audiēti,
an res narrata sit publica, sive an justè vel
injustè paretur: cum in dubio non debeat
præsumi loquentis iniqüitas. Idem quoque
est, quando putat, vel auditores non cre-
dere detrahenti, vel suam monitionem non
profuturam; ut si sit famulus aut inferioris
conditionis, aut alias nullius auctoratis:
tupe enim non contetur contradicere, vel
reprehendere, vel positivè pro fama alte-
rius defendenda agere, sed sufficit ut quo-
vis modonolentem se exhibeat, aut often-
dat dicta sibi non placere, prout op-
portunum videbitur. Ad quod juvat hilari-
ris quædam digressio, seu sermonis diver-
sio, aut vultus quasi avertans exhibito,
juxta illud *Proverb. 25.* *Ventus aquilo dissi-
pat pluvias, & facies missis lingnam detra-
hemus.* Immo quia experientia docet,
aliud agendè detractorem magis excitari
ad plura dicenda, eaque confirmanda, cen-
set simpliciter *Marchant T. 2. Tr. 11. Tit.*
4. 9. 6. auditorem, nisi sit superior vel per-
sona respectivè gravis, ad amplius non te-
neri. Adde, interdum melius consuli pro-
ximo, dum permittitur progressus incep-
tæ detractiōnē; cuius deinceps falsitas melius
ostenditur. Mala detractiōnē & modos
illam vitandi vide apud *Chrysostomum Ho-*
mis. 3. ad Populum Antiochenum.

^{34.} Pro fine questionis notandum, famam
communi iudicio, etiam post mortem mo-
raliter possideri, adeoque peccari posse
revelando occulta criminia defunctorum,
etsi inde heredibus seu amicis nullum dam-
num obveniat; in quos tamen frequenter
etiam redundat hujusmodi infamatio. Im-
mo post mortem maximè celebrantur ope-
ra laudabili, quando non imminet elatio-
nis periculum. Quo spectat illud *Ecli. 7.*
Mortuo nob̄ prohibeas gratiam; intellige,
sepulturam, suffragia, ac etiam nominis
corum honorificam defensionem. Quare
scut laudis & honoris recordationis, sic
& obrectationis sunt despiciē capaces;
quorū, veluti se defendere non valentem, ob-
iectatores dixerunt Philosophi, cum
laevis pugnare. Metus quoque infamiae post
mortem est multis frāpum coercens ad pec-
catū, ut spes famæ stimulus ad virtutes,
doctrinam &c. Immo ipsi damnati (in qui-
bus naturā manent integra) non priven-
tur jure ad famam; etsi quidam contrarium
sentiant: ut proinde falla prælētū crimi-
na iis imponere fore grave peccatum. Hinc
patet non esse excusados Historicos, qui
valde infamia mortuorum criminia, sed om-
nino occulta, scriptis evulgant. Quam-
quam ob historiæ integritatē, communem
utilitatem, publicam eruditōnem, & ter-
rōrem aliorum plusculum Historicis indu-
geant quidam Doctores in prodendis cri-
minibus

Qu. III. An vel Quando liceat Imponere sibi Crimen Falsum. 347

minibus defunctionis non omnius occul-
tis. Ita *Soto*, & *Molina* T. 5. disp. 28. &
alii.

Q U E S T I O III.

*An, vel Quando Liceat Imponere
sibi Crimen Falsum?*

35.
*Infamatio
sui non est
contra ju-
stiam.
Quando
licet si,
vel non.*

*An per se
liquido sit
grave pec-
catum.*

36.
*Ne ad con-
dendam
mortem po-
nit quis si-
bi falso
crimen in-
ponit.*

*A quo ab-
finendo
sanctissimi
agere.*

37.
*Etsi neque
graviter
peccares a-
gendo.*

*Lucas Au-
gustini Ex-
positus.*

SUPPONO infamacionem sui non esse contra justitiam, utpote destruetio-
nem rei, quae est sub nostro jure seu do-
mino. Immo ad confessionem propriam,
vel ob aliquam rationabilem causam, v.g. ad
evadendos torturæ cruciatus, responden-
dum judici legitime interroganti. Plati-
ciendum pro criminibus, eti mors sequatur
secundum ordinem juris, interdum est
licita. Alijs saltē est temeraria prodigia-
litas boni, adeo ad vitam honeste ducen-
dam opportuni. Immo grave posteri esse
peccatum, si fama sit officio ex justitia recte
administrando necessaria, si infamans inde-
sat magis effrenatus ad peccata repeten-
da, si alii inde detur scandalum seu occa-
sio sequendi, si inde alii incurant malam
notam vel dedecus, si causā jactantia de
gravi malo id fiat. Alijs per se loquendo
non est grave peccatum, ut nec prodigia-
litas bonorum fortunæ; ut tenent Docto-
res passim: eti Varii agnoscant gravem
culpam contra charitatem, ut videre est
apud *Wiggers Tr. 4. c. 1. dub. 12.*

DICO I. Non potest quis citra pecca-
tum, saltē veniale (ut habet communis
& certa doctrina) sibi falso crimen im-
ponere, ad evadendos quoctūcum cruci-
ciatus, aut etiam mortem, alias intentan-
dā; prout v. g. iuridicē, esto per falsos
reites, adeoque verē innocens, convictus
de hæreti apud Tribunal Inquisitionis, si
fateatur delictum & emendationem spon-
deat, liber evadit; si neget, morte plecti-
tur. Ratio est: quia non sunt facienda ma-
la, ut eveniant bona; malum autem semper
est mendacium. Ut proinde innocens sit
animandus mortem potius per quoddam
velut martyrii genus pati, aurore virtutis
& spe cumulatissimi præmii, quam men-
tiendo Deum offendere.

DIXI CURA PECCATUM SALTĒ VENIALE: eti
enim Nonnulli censeant oppositum esse
peccatum grave, communis tamen Docto-
rum sententia id negat, quando confessio
falsi criminis non cederet in prejudicium
grave Religionis, familie, communitatris,
vel in scandalum; eti quod mendacium istud
tentetur tantum officiosum, quatenus
mentientem à morte liberat, eti cum fame
(eius dominus est, quamque pro conser-
vatione vite perire patitur) præjudicio.
Quod vero *Augustinus* i. de Civit. c. 20. di-
cit: *Falso testimonio non minùs reus est, qui de*
se ipso falso facitur, quam si adversus pro-

ximum hoc faceret; intellige, quia utrum-
vis agat, est reus falsi testimonii, eti non
æqualis utrobius sit culpa; utpote gravi-
ter injuria proximo, non autem sibi ipsi;
ut explicat *Wiggers sup.* Deinde in certis
circumstantiis, quando scilicet testimo-
nium est permissum propriæ vita aut al-
teri bono necessario, est quoque grave cri-
men; eti non in omni casu, quod *Augu-*
stinus etiam non afferit.

DICO II. Ad evadenda tormenta, sive
levia, sive quantumvis grava, aut etiam
ipsa morte intolerabiliora, non licet ab-
que gravi peccato sibi imponere, seu con-
fiteri falso crimen, ob quod est morte
plectendus. De tormentis levibus res est
satis clara: ed quod tentatur quis mortem
non commeritus sub gravi culpa vitam
suam conservare, neque mortalias ei tam-
quam culæ moraliter imputandæ expo-
nere, non obstante aliquarum poenitutum
sufficiuntia.

39.
*Ad evaden-
da levia
tormenta
graviter est
illuditum
imponere
sibi crimen,
ob quod est
morte mul-
tandus.*

*Si gravissi-
gos. Nam Angelus, Silvester, Toletus, Lef-
mi sunt tor-
menta cito
ciatus variis
excusant à
culpa gra-
vi.*

*Funda-
mentum.*

*Si gravissi-
gos. Nam Angelus, Silvester, Toletus, Lef-
mi sunt tor-
menta cito
ciatus variis
excusant à
culpa gra-
vi.*

*Funda-
mentum.*

De gravibus torturæ acerbissimæ cru-
ciatibus, res est controversia inter Theolo-
gos. Nam *Angelus*, *Silvester*, *Toletus*, *Lef-
mi* sunt tor-
menta cito
ciatus variis
excusant à
culpa gra-
vi.

DICO III. Ad evadenda morte
intolerabiliora, non licet ab
que gravi peccato sibi imponere, seu con-
fiteri falso crimen, ob quod est morte
plectendus. De tormentis levibus res est
satis clara: ed quod tentatur quis mortem
non commeritus sub gravi culpa vitam
suam conservare, neque mortalias ei tam-
quam culæ moraliter imputandæ expo-
nere, non obstante aliquarum poenitutum
sufficiuntia.

40.
*Nihilominus concusionem tradit inter
alios Covarrubias, Navarrus, Molina, quos Opposta ni-
citat, & tamquam vixorem sententiam nihilominus
sequitur Wiggers sup. dub. 13. Similiter Lu. Sententia
go d. 14. sett. 10. n. 174. eti oppositum cen-
seat probabile, & posse ab eo, qui voluerit,
in praxi deduci. Probatur ex eo, quod talis
confiteatur scies cooperari, & injuste caulam
præbere morti sciae (eti judec. inde justè
moveatur, excusat à formali iniustitia per
ignorantiam; quæ non prædest. scienter
falso confiteuti, & ex ore in judice cau-
santi) adeoque censeatur falso contra se ip-
sum testimonio quoddammodo suicida; sicut
conferetur alium occidisse, qui ex simili
falso testimonio per judicem neci adjudica-
retur. Contra quem idcirco nec tali calu-
tative de cœla, potest quis falso testi-
monium loqui. Non magis autem est do-*

G g 4 minus